N. 800.

# CURRENDA V.

## A. D. 1861.

### N. 761.

**Specificatio Personarum aut Parochiarum ad varios pios scopos contribuentium commendatur.**

Hisce Nostrum patefacimus desiderium, quatenus Perillustres Decani in posterum, in Consignationibus suis non solummodo quotas in Decanatu pro aliquo pio scopo collectas exhibeant, verum et Personas, Parochias cum appositione resp. quotae nominent, ut excellentibus in misericordiæ virtute laus condigna non solum attribuatur, verum et Ipsimet de quotis subministratis convictionem capiant desideratam. E ses. 9. Mart. 1861.

**N. 762. Consignatio functionum ss. non amplius substernenda.**

Scientes, Ven. Clerum multifariis scriptitationibus, aut aliis laboribus spiritualibus oneratum esse, cupientesque ejusmodi scriptitationes, ut sunt consignationes functionum sacrarum ibi, ubi unus tantum sacerdos, in vinea Christi cunctas sibi incumbentes labores spirituales consummare adigitur, minuere, Tabellam functionum sacrarum, quae A. 1836 ad N. 1479 ordinata post finem Decembris hucusque Nobis pro trutinatione anteponebatur, tenore praesentium abrogamus pro futuro attamen ARRi Decani hisce obstringuntur, ut sub Visitatione Sua annua ibi, ubi plures constituti sunt in vincea Christi operarii, convictionem de functionum ss. inter eosdem dispartitione capere satagant; nec non de statu rei in Operato Visitationis sincere referre haud intermittant.

Amodo functiones ss. tantum modo in *libro vitæ* sint inscriptae.

Meminerint animarum Curatores, se tum penes Institutionem canonicam tum sub Installatione onus animarum cum omni responsabilitate suscepisse, adeoq. etsi Cooperatore hi illive provisi conspiciuntur, onus praedicationis, confessionis, aegrotorum provisionis unice in humeros hujus devolvere verebuntur. Ipsissimi Parochi utique immediate ad curam animarum constituti, in cura ovicularum jam exercitati et praxi uberiori donati supponuntur, quare ne *gratia* haec *vacua* ipsis inhaereat, ob *beneficium* trahant quoque *officium* ita, ut in *judicio extremo* de eo respondere valeant. Claris hoc verbis inculcat Installator: „Constituens te Rectorem ejus (Ecclesiae) ac curam animarum illius tibi committens, quam ita administrabis in animam tuam, ut in die judicii rationem administrationis tuae reddere valeas.“

Quodsi alicubi Rector Ecclesiae ob senium, infirmitatem aut labores &c. majorem officiorum partem, aut onus totum Cooperatori committere cogeretur, stimulo gratitudinis, æquitatis ac justitiae ductus largiori manu eidem obventiones cedet multiplices, qui largitate exhileratus tum Praepositum condigne celebrabit encomio, tum majori zelo cursitabit ad labores spirituales &c. Tarnoviae 9. Mart. 1861.

**Nr. 518. 557. 558. 559. 560. 562. 563. 556. 585. 589. 642. 695. 699. 696, 697. 700. 701. 703. 706 + 707. 702 + 707 + 708.**

**Continuatio quotarum varium in finem collectarum.**

I. A pia famula pro Missionibus 5 fl. II. E Parochia *Niedźwiedź* pro Maronitis 1 fl. 75 c. III. E Dec. *Łącen.* 4 fl. pro libellis de Maronitis. IV. E Parochia *Tarnov.* 47 fl. et quidam a Ven. Clero 28 fl. e collectione inter populum 28 fl. pro Maronitis, pro Missionibus, Terra sanct. America et Africa. V. E Dec. *Tymbarcen.* 42 fl. 40 c. videlicet. pro Missionibus in Africa, America et Jerosolimis 37 fl. 60 c. per aequales partes; dein pro Consotiatione Immac. Concept. in Turcia Europea 4 fl. 80 c. VI. E Dec. *Dobczyc.* 28 fl. 20 c. pro S. Infantia Jesu, nimirum e parochia *Zakliczyn.* 12 fl. 74 ½ c. e *Siepraw* et *Dziekanowice* per 4 fl. 65+30 ½ c. e *Raciechowice*, *Dobczyce*, *Gruszów*, *Trzemeśnia* per 3 fl. &c. e *Wiśniowa*, *Droginia* et *Łapanów* per 2 fl. e *Tarnawa* nihil. VII. E Dec. *Żywiec* utpote e *Lipowa* 1 fl. 50 c. pro Societ. Immac. Concept. et 1 fl. 80 c. pro Consot. S. Severini dein e *Rychwałd* 5 fl. pro s. Inf. Jesu et 5 fl. pro Maronitis. VIII. E Conventu Sctm. *Vetero Sandec.* 10 fl. pro Inf. Jesu. IX. E Dec. *Łącen.* 7 fl. 50 c. pro 15. exemp. „Wieniec“. X. E Dec. *Pilzn.* 59 fl. 10 c. i. e. 36 fl. 45 c.; pro Maronitis pro Missionibus in America 7 fl. 50 c. pro Africanis 8 fl. pro Hierorol. 7 fl. 15 c. XI. E Dec. *Bobov.* adhuc. 10 fl. pro Maronitis ad præcedentes 76 fl. XII. A Schola Capitali et reali *Bialensi* 25 fl. pro re sac. Infantiae Jesu; ddo a quadam persona Dec. *Brest.* 1 fl. 15 c. ddo e parochia *Bochn.* 6 fl. 50 c. XIII. E Dec. *Bochn.* pro schola agronomica in *Czernichów* 4 fl. secundo et quidem ab A. A. R. R. Curatis in *Łapczyca*, *Mikluszowice*, *Rzezawa*, *Neo-Wiśnicz*, *Rzegocina* per 50 c. et *Chełm.* 1 fl. 50 c. XIV. E Dec. *Bochn.* 14 fl. 50 c. pro Maronitis... nimirum e paroch. *Łapczyc.* 50 c. e Pogwizdów 2 fl. e Brzeźnica 12 fl. V. A. XV. Ex eodem Decanatu 6 fl. pro Societate S. Bonifacii a V. Clero per 20, 15 x. et a Perill. Decano 1 fl. 10 c. XVI. Ex eodem D. 7 fl. a Ven. Clero per 20, 50 c. et a V. V. Curatis in *Brzeźnica*, *Trzciana et Chełm* per 1 fl. et ultra — pro Consot. Immac. B. M. V. XVII. Ex eodem D. 8 fl. pro *Trościaniec* a V. Clero Decanali per 20, 30, 50, 80 c. et a Perill. Ondraszek 1 fl. e parochia Rzezawa 1 fl. 50 c. XVIII. E Dec. *Neofor.* a) pro *Niagryn* 2 fl. 54 x. et quidem e *Klikuszowa*, *Ostrowsko* et *Czarnydunajec.* b) pro Maronitis 4 fl. pro libellis et 8 fl. e collectione in *Poronin* per 4 fl. 36 c. et a V. Clero 1 fl. 64 c. in *Czarnydunajec* per 2 fl. c) pro Missionibus: α) ad Sep. Christi 1 fl. 40 c. e *Zakopane* et e *Czarnydunajec* 1 fl. β) in China pro re Soc. Infantiae Jesu 7 fl. videlicet 4 fl. 42 c. e *Chochołow*, ab AR. *Słomka* 80 c. ab A. R. *Stolarczyk* 60 c. e *Czarnydunajec* 2 fl. γ) 7 fl. 3 c. pro M. M. in Africa et America per aequales partes.

**Pro his omnibus participantes oxorant Numen div. una Nobiscum apprecamurque benedictionem divinam atque remunerationem centuplam.. commendantes Instituta Missionum ulteriori favori pro Anno 1862. omnibus Decanatibus.** E Sess. 7 Mart. 1861.

## N. 298.

# WYKAZ

**rzeczy do kościołów sprawionych oraz reperacyi budynków kościelnych i plebańskich i t. d. w Dekanacie** ***Bocheńskim. Ciąg dalszy.***

*IV. W Rzegocinie od r. 1834.* 1) Ornat białego koloru w wartości 20 r. — 2) Ornat i kapa biała atłasowa przysłana z Wiédnia w r. 1836 przez ś. p. JWP. Hrab. Ilińską, kolatorkę za 60 r.— 3) Kapa biała. 4) Kapa czerwona. 5) Kapa fioletowa. Te pod 3. 4. 5. ze składek parafian i Plebana miejscowego sprawione w wartości 160 r.— 6) Cztéry białe Ornaty za 80 r. — 7) Dwa czarne Ornaty za 50 r. — 8) Jeden fioletowy za 30 r.— 9) Kielich srebrny zreperowany i pozłocony za 15 r.— 10) Puszka srebrna pro SSmo sprawiona przez pp. Szystowskich za 50 r.—11) Pacyfikał z srebra chińskiego, sprawiony przez Józefa i Maryannę Janiczków z Rzegociny za 20 r. — 12) Sześć sztuk Alb nowych i cztéry komże dla księży, oraz 2 dla ministrantów z płótna szlązkiego wraz z koronkami za 41 r.— 13) Organ na nowo przerobiony ze składek parafian, oraz z dodatku JX. Górki Plebana 100 r. m. k. za 200 r. — 14) Dwa Vascula ad infirmos, jedno srebrne wyzłacane, drugie z srebra chińskiego wyzłacane i konsekr. za 20 r. — 15) Dwa feretra snycerskiéj roboty dla obnoszenia podczas procesyi Matki Boskiéj i Salwatora za 30 r. — 16) Cztéry Chorągwie odnowione, a jedna nowa ze składek tak parafian, jako téż wspomnionego JX. Plebana za 120 r. — 17) Sukno czerwone dla pokrycia stopni wielkiego ołtarza oraz dwie peleryny dla Ministrantów, sprawione przez Wikaryjusza JX. Jana Wcislaka za 15 r. — 18) Katafalki dwa, jeden czarny, drugi biały w kwiaty na skład dzieci i 24 sztuk lichtarzy drewnianych za 52 r. — 19) Wozownia, drewutnia oraz trupiarnia przy kościele murowana własnem kosztem JX. Górki, które to budynki kosztują Go 150 r. 20) Założono ogród z dwóch morgów gruntu na jarzyny, oraz posadzono w niém szczepy różne, dto za 100 r.— 21) W r. 1859, zreperowano Kościoł oraz i pobudynki plebańskie w drodze konkurencyi za 100 r.

*V. W Pogwizdowie.* 1) JX. Wałęga Pleban, na odmalowanie kościoła włożył 40 r. — 2) Parafianie na odmalowanie kościoła, wskutek starania i zachęcenia Proboszcza złożyli 108 r. 18 kr. — 3) JX. Wałęga sprawił do kościoła Albę za 6 r. — 4) JX. Wałęga sprawił mensę w Zakrystyj za 10 r. — 4) Wielm. Pani Niwicka z Zawady sprawiła firanki do wielkiego ołtarza za 20 r.— 5) W. Pani Bobrowska z Woli sprawiła dywan przed wielki ołtarz za 25 r. — 6) Tomasz Badylak z Zawady, sprawił chorągiew i Albę za 30 r. — 7) Wincenty Górecki z Woli nieszkow. sprawił chorągiew za 25 r. — 8) Parafianie na pokrycie kościoła i pomieszkania plebańskiego — jako téż na wystawienie jednego nowego budynku i na wyrestaurowanie reszty budynków gospodarczych złożyli 928 r. — 9) JX. Wałęga *a)* pokrył własnym kosztem budynki gospodarcze za 40 r. — *b)* zapłacił za 5 okien nowych do pomieszkania 20 r.— *c)* za postawienie pieca piekarskiego 10 r.— *d)* za postawienie pieca w stancyj 8 r.— *e)* za wyrestaurowanie piwnicy 6 r.

## N. 796.

## Missa de S. Tito et S. Isidoro agricola simulq. Officium de posteriori mittitur.

Consecuti Romae privilegium, Missam et Officium de *S. Isidoro* agricola heic inter agricolas celebrandi ac suffragia tanti Sancti pro benedictione divina in agricultura duplici consequendi, quoniam Missa propria ac Officium de Eodem in Missalibus et Breviariis desideratur; quoniam et pro S. Tito **Oratio** tantum et Officium alias Ven. Clero traditum est, Missaq. variis in Missalis locis colligenda restat: operae pretium esse duximus, Missam de ambobus Cœlitibus et Officium solummodum de S. Isidoro heic prelo tradere et incussum cum Currenda V. a. c. ad Dioecesim emittere, et quidem tot exemplaria pro qualibet Ecclesia, quoquot Presbyteri penes eandem sunt applicati; provocando, ut RR. Cooperatores exemplar Missae tradant Ecclesiae, cujus Altari deserviunt, addendoq. hoc, quod si aliqua Ecclesia pluribus Missae &c. indigeret exemplaribus, pro iis impetrandis ad Nos recurrendi via patet. Exemplaria haec suis in locis ad Missale et Breviarium agglutinentur.

Vix monendum esse reputamus, ut pro fideli populo dies hujus Patroni ruricolarum prævie e suggestu publicetur, agricolaeque ad audiendam Missam &c. invitentur ex motivis apertis. Tarnoviae 12. Mart. 1861.

## L. 777.

## Droga prenumeracyjna na *książkę do Nabożeństwa* u P. Feitzingera otwiéra się..... do 30 maja r. b.

„Książka do nabożeństwa dla wszystkich prawowiernych katolików" drukująca się kosztem P. Feitzingera uzyskała Nasze przyzwolenie do druku, która drogą przedpłaty, za pomocą tu ./· załączonych Wezwań drukowanych wychodzi. Treść jéj obszérna i cena umiarkowana w samém ogłoszeniu wyrażona jest. Gorliwi o dobro swoich dusz Pastérze, zechcą wesprzeć wydawcę zbiérając przedpłacicieli i przeséłając zebraną kwotę wraz z listą prenumeracyjną wprost do P. Feitzingera w Białéj. Tarnów 14. Mar. 1861.

## N. 799.

### Quotae pro Currendis restantes requiruntur.

Competentiae pro Currendarnm impressione imittendae restant adhuc e 6. Decanatib. Qnoniam saepe Cleri mutationes eveniunt et idcirco in colligendis quaestionis summulis difficultas intercedit; quoniam non raro ejusmodi quotae evanuerant, quin ad Nos pertingerent; necessitas adesse censetur, ut imissionem competentiarum non solum ex memoratis generaliter 6. Decanatibus hisce in memoriam revocemus expectantes restantiam residui ex aliis 3. qui minorem quotam pro anno currente imiserant, quam anno anteriori.

Tarnoviae 16. Mart. 1861.

## Casus liturgici.

I. Si celebrans ante consecrationem advertit, hostiam esse *corruptam*, aut non *triticeam*, quid faciat oportet? Juxta rub. 4. Missal. *de defectibus in celebratione Missae* „remota illa hostia aliam ponat, et facta oblatione, saltem mente concepta, prosequatur ab eo loco, ubi desivit.“ Sed quomodo *panis corruptio* dignoscenda? Thom. qu. 74. a. 3. ad 4. hunc in finem ita loquitur: „Ad 4$^{tum}$ dicendum, quod aliquando est tanta corruptio panis, sicut cum continuitas solvitur (rozsypuje się) et sapor et color et alia accidentia mutantur; unde ex tali materia non potest confici corpus Christi. Aliquando vero non est tanta corruptio, quae speciem solvat, sed est aliqua dispositio ad corruptionem, (n. p. pleśń) quod declarat aliqualis immutatio saporis (gorzkowatość) et ex tali pane potest confici corpus Christi; sed peccat conficiens propter irreverentiam Sacramenti.“ *)

Pro supponenda alia hostia offerendaq causas adducit rursus Quarti J. 3. n. 3. scribendo: „Ratio est; tum quia velle conficere sacramentum contra institutionem Christi, est immane sacrilegium; tum quia offerretur Deo falsum sacrificium; tandem cum sacramentum sit irritum, significatio famæ esset falsa, cum gravi irreverentia contra ipsam rem, seu formam sacramentalem et contra Christum ejus auctorem et principalem offerentem; necessario ergo ponenda est alia hostia, quæ sit vera materia sacramenti et facta oblatione prosequenda est Missa. Hinc apparet, oblationem, quæ est praeparatio materiæ sacrificandæ, nunquam esse penitus omittendam, cum sit gravis ceremonia: sufficit autem oblatio mente concepta, extra proprium locum (Missalis) absq. elevatione (ut sub: *Suscipe S. Pater*) vel signo crucis, (cum patena) ne perturbetur ordo Missæ.“

„Si hostia ante consecrationem inveniatur *fracta*“ quid tunc? Rub. 9. Miss. *de defectibus in Ministerio* statuit, ut talix hostia consecretur, nisi populo evidenter appareat; si autem scandalum populo esse possita alia accipiatur et offeratur: quod si illius hostiæ jam erat facta oblatio, eam post ablutionem sumat. Quodsi ante oblationem hostia appareat *confracta* accipiatur altera integra, si citra scandalum aut longam moram fieri poterit.“

II. Si post consecrationem adverterit hostiam corruptam aut non triticeam, etiam post illius sumptionem, quid ei faciendum præscribitur.

„Posita alia (hostia) faciat oblutionem, saltem mente conceptam et a consecratione incipiat, scilicet ab illis verbis: *Qui pridie quam pateretur..* et illam priorem si non sumpsit, sumat post sumptionem corporis et sanguinis, vel alii sumendam tradat, vel alicubi reverenter

---

*) In Cur. VIII. a. 1854. sub N. 2151. inter alia inculcavimus, ut *hostiae* pro Missæ Sacrificio pinsantur e furina purissima; nec non adhibeantur *recentes*, non *vetustiores;* præterea, ut *vinum* ad tantum Sacrificium sumatur de meliori grano, et in sufficiente quantitate, a fideli mercatore, non autem vilissimum ejusmodi, quod nec convivis communibus apponeretur. Nunc addimus hoc, ut hostiæ pro Missæ Sacrificio, pro expositione in Monstratorio in eis locis *crassiores* pinsantur, ubi observatur, quod hostiæ tenues ob *exhalationem* populi jam de hyeme jam de æstate sub Missa solemni *madefiunt*, et *incurventur*, nec *frangi* queunt, aut illa in Monstratorio convellitur.

conservet. Si autem sumpserat, nihilominus sumat eam, quam consecravit; quia præceptum de perfectione sacramenti majoris est ponderis, quam quod a jejunis sumatur.“ Vide rub. 5. *de defectu panis III.*

Quod si hoc contingat post sumptionem sanguinis, utrum *hostia* tantum nova consecranda pro non valide consecrata,... an etiam *vinum?*

Rubrica 6. *De defectu panis III.* edicit: „Apponi debet rursus novus panis et *vinum* cum aqua; et facta prius oblatione, ut supra, sacerdos consecret, incipiendo ab illis verbis: *Qui pridie..* ac statim sumat utrumq. et prosequatur Missam: ne sacramentum remaneat imperfectum et *ut debitus servetur ordo*“ Ad consecrationem ejusmodi Gavantus addit: *Sine elevatione, ut ostendat populo, omissis, quæ sequuntur in canone usq. ad sumptionem inclusive, ne populus, si fieri potest, cognoscat, erratum esse.* Quoad præcepti motivum: *ut debitus servetur ordo.,* observant Rubricistæ, quod iste *ordo* consistit in eo, ut servetur totus ordo consecrandi et ut *sanguis,* utpote e corpore effluens, post corpus Christi sumatur, adeoq simul cum pane consecrandum est *vinum..*

III. Si hostia consecrata dispareat, vel casu aliquo, aut vento aut miraculo, vel ab aliquo animali accepta, nequeat reperiri: quid agendum?

„Tunc altera consecretur ab eo loco incipiendo: *Qui pridie quam pateretur,* facta ejus prius oblatione, ut supra.“ sic. Rub. 7.

IV. Si celebrans ante consecrationem sanguinis, quamvis post consecrationem corporis advertat, aut vinum, aut aquam, aut utrumq. non esse in calice, quid oportet facere? „Debet statim,“ juxta Rub. 3. *De defectu vini* IV. apponere vinum cum aqua, et facta oblatione ut supra, consecrare incipiendo ab illis verbis: *Simili modo ....*

V. Si post verba consecrationis advertat vinum non fuisse positum, sed aquam, quid tunc? „Deposita,“ ut habet rub. 4. Miss. ut supra, „aqua in aliquod vas, iterum vinum cum aqua ponat in calice, et consecret, resumendo a verbis praedictis: *Simili modo &c.*

VI. Si hoc advertat post sumptionem corporis vel hujusmodi aquae, utrum vinum cum aqua tantum assumendum et consecrandum? Advertendum, num Missae sacrificium litetur in privato aut in publico loco, ubi plures reperiuntur homines... In priori cam juxta rub. 5. d° „apponat aliam hostiam iterum consecrandam et vinum cum aqua in calice, offerat utrumq. et consecret et sumat, quamvis non sit (amplius) jejunus,“ ratio juxta Thom. quaest. 83 a. 6 ad 4. *quia si diceret sola serba consecrationis sanguinis, non servaretur debitus ordo consecrandi.*“ in posteriori casu, „ad evitandum scandalum (si conspiceret populus hostiam novam afferri e sacristia et offerri &c.) poterit apponere vinum cum aqua (solummodo) et facta oblatione ut supra, consecrare ac statim sumere et prosequi caetera.“

VII. Si quis percipiat ante consecrationem, vel post consecrationem, totum vinum esse acetum, vel alias corruptum, quid tunc servandum? Vigore rub. 6. „idem servetur, quod supra, ad rub. 4. ac si deprehenderet, non esse positum vinum, vel solam aquam fuisse appositam in calice.“

**VIII.** Quodsi in ipso sumptionis actu adverteret, se loco vini posuisse aquam in calicem, vel acetum &c. et liquorem illum in ore adhuc tenet, et nondum trajecit, num possit deglutire et deinde novum vinum consecrare; an debeat projicere in vas aliquod, ut possit dein jejunus sumere sanguinem consecrandum? Ratio dubitandi est: quia tenetur vitare fractionem jejunii quantum fieri potest, ante sumptionem corporis et sanguinis Christi: id potest vitare in casu hoc, expuendo et projiciendo illum liquorem, antequam trajiciat: ergo tenetur, et ita sentiunt Angelus, Sylvestr. &c. Suar. vero Quarti 7. 4. dub. 13. contrarium defendit, nimirum liquorem illum posse deglutiri et vinum consecrari &c. „Ratio est, quia tunc non potest mortaliter fractionem jejunii evitare: ergo non tenetur; nec illi imputatur, quod postea sumat sanguinem non jejunus. Antecedens probatur: tum quia difficile est in eo casu nihil trajicire; tum quia est indecens, praesertim intra calicem projicere, vel expuere; tum deniq. quia potest subesse periculum, ejiciendi aliquod fragmentum hostiæ assumptæ.“

**IX.** Si autem celebrans ante vel post consecrationem calicis advertat, non fuisse appositam *aquam*, quomodo tunc procedat? Juxta rub. 7. tenorem in casu priori, „statim ponat aquam et proferat verba consecrationis;“ in casu posteriori“ nullo modo apponat, quia non est de necessitate sacramenti.“

**X.** Si materia, quae esset apponenda, ratione defectus vel panis, vel vini, non posset ullo modo haberi, distinquendum est, utrum hoc fiat ante consecrationem, num vero post eam-quomodo in utroq. casu procedendum? Si defectus detegitur ante consecrationem corporis, ulterius procedi non debet; si post consecrationem corporis, aut etiam vini deprehenditur defectus alterius speciei, altera jam consecreta; tunc rursus dari possunt duo casus, aut altera species nullo modo haberi potest, aut paulo post; „si nullo modo haberi possit, procedendum erit et Missa absolvenda, ita tamen, ut prætermittantur verba et signa, quae pertinent ad speciem deficientem. Quodsi expectando aliquamdiu haberi possit, expectandum erit, ne sacrificium maneat imperfectum.“ Rub. Miss. 8. *de defectu vini IV.*

**XI. Cautela.** Ne ratione materiæ tanta sub Missa accidat confusio, nec sacrificium periculo mutilationis exponatur, aut cum populi scandalo persolvatur, quid sacerdos ante Missam adhuc in Sacristia praevie curandum habet &c.?

Vigore Rub. Miss. *de defectibus* „Sacerdos celebraturus omnem adhibeat diligentiam, ne desit aliquid ex requisitis ad sacramentum Eucharistiae conficiendum.“ capere igitur studeat notitiam in Sacristia a) quoad *hostiam*, utrum sit *triticea*, azyma, *integra*, seu non *corrupta*, non fracta, pura, sine macula — Hanc notitiam consequetur, si observaverit Rubricam Miss. 1. *Ritus rervandi in celeb. Miss.* in qua inter alia demandatur, ut sacerdos ipse, non organarius vel aedituus „paret calicem, ponat super illum patenam cum hostia *integra*, quam leviter extergat, si opus est, a fragmentis.“ b) quoad *vinum* interroget, utrum integrum adsit in ampulla jam, et an habeatur plus in lagena pro casu effusionis; num portatum sit una cum aqua ad altare; an tempore aestatis ob muscas clausae sint ampullæ; c) *ad Offer-*

*torium*, si vinum sit nimis album, aut tenebrae vinum ab aqua distinguere haud sinunt, ampullam cum vino putativo ad *nasum* admoveat. &c. &c.

XII. Completa consecrationis formula exprimitur juxta Missale cunctis illis verbis, quae ab illis: *Qui pridie, quam pateretur*... inchoant et ad haec: *in mei memoriam facietis*.... terminantur.... verba autem consecrationis, quae sunt forma hujus Sacramenti, sunt juxta Rub. 1. Miss. *de defectibus forma: V.* haec: **Hoc est enim corpus meum** — et: **Hic est enim calix sanguinis mei, novi et aeterni testamenti: mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum**.. et haec sunt de necessitate sacramenti secundum citatam rubricam. „Si celebrans non recordetur, se dixisse ea, quae in consecratione communiter dicuntur,“ quid faciat oportet? Hic discrimen formandum est inter ea, quae sunt de necessitate sacramenti, et quae non. Quoad *primum* duo contingere possunt casus, aut sacerdos certam habet notitiam de omissione formae, quae continetur praemissis verbis Ipsius Salvatoris, aut partis ejus; aut tantum notitia incerta, attamen valde probabili anxiatur. In priori casu, „si ei,“ ut verbis utamur rubricae 2. *de def. formae*, „certo constet, se omisisse aliquid eorum, quae sunt de necessitate sacramenti, i. e. formam consecrationis“ (*Hoc est enim corpus meum*, aut: *Hic est enim calix &c &c.*) „seu partem“ (e. g. mysterium fidei, qui pro vobis &c.) „resumat ipsam formam“ *Hoc est enim &c. Hic est enim calix* usq. ad: *Haec quotiescumq.* exclusive) „et cætera prosequatur per ordinem“ In posteriori: „Si vero valde probabiliter dubitet, se aliquid essentiale omisisse, iteret formam saltem sub *tacita conditione*.“

„Si autem (verba) sunt de necessitate Sacramenti e. g. *Qui pridie, quam pateretur &c.* aut: *Haec, quotiescumq. fecerit &c*) non resumat (formam) sed procedat ulterius.“

XIII. Quodsi dubium exoriatur, num materia sit apta, quid tunc?

Talis dubia materia ante Missam removeatur, item ante consecrationem— post consecrationem apponatur alia et fiat consecratio sub conditione, summaturq. certa et dubia materia. Corolarium e Rubrica citata — et sententia aliorum, imprimis Quarti.

## N. 768 et 785.

**Piis ad aram precibus commendantur:**

Anima p. m. Rmi Joan. Zięba, Coop. in Bzegocina 5. et Relig. P. Pauli Garbień Praedicatoris Convent. PP. Reformat in Zakliczyn 3. Mart. a. c. demortuorum.

| **Josephus Alojsius,** | **E Consistorio Episcopali,** |
|---|---|
| **Episcopus Tarnoviensis.** | **Tarnoviae, die 14. Mart. 1861.** |
| | **PAULUS PIKULSKI**, Cancellarius. |

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.